Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Aut enim orationem atque opinionem ipsa quidem nullum esse contrarium susceptiua
neque enim falsitas ueritasque in oratione et opinione insita est. Sed ic
circo uidentur contraria esse susceptibilia quod ut ipse ait circa alte
ram quidam passionem sint. hoc est circa hoc esse opinionem et orationem.
Ita circa sedere et non sedere quae sint contraria est sedendi aliquem et non seden
di opinio et oratio. Atque idcirco cum circa alias res sint quae sint contrarie il
lis permutatis. uta uidentur esse contraria non quod ipsa suscipiant. sed quod cir
ca contrarias passiones rerum sint. Iam neque oratio neque opinio permu
tatur. sed sola tantum de qua; est ipsa oratio atque opinio. i. sedere et non sedere.
Quocirca cum nullam ipsa oratio et opinio susciperunt passionem. nec
quicquam in eis contrium fit atque euenit. contraria esse susceptibilia non ui
dentur. At in substantia eo quod ipsa suscipiat contraria. contraria dicuntur
esse susceptibilia. Cicero autem suscipiens sanitatem sani fit. et suscipiens
egritudinem fit eger: Oratio atque opinio uero ut dictum est contraria non suscei
piunt. Quare erit hoc proprium substantiae contraria susceptibile. Sed
si quis forsitan dicat cur cum ignis calidus sit numquam frigus suscei
piat. et cur cum aqua sit humida numquam suscipiat siccitatem. His enim
oppositis uidetur non omnis substantia contraria esse susceptibilis.
et substantiae hoc proprium infirmabitur cum non sit in omnibus substantiis.
Sed dicendum est quoniam ea contraria suscipere dicitur substantia quae in ei natu
ra non sit insita. Aliquando non suscipit quicquid illi substantialiter adest.
Suscipere enim dicimus aliquid de rebus extrinsecus positis. et praeter substantiam
constitutis. Quoniam in substantia ignis uinum calidum est. ignis calorem non
suscipit. Quocirca neque est ignis calori susceptibilis neque frigoris.
Calorem quidem non suscipit necdum quod ei naturae substantiaeque immu
tabilitati adhesit. Frigus enim non suscipit. quoniam caloris natura ipsius ig
nis contrarium sponte repudiat. Quocirca si quid est quod suscipiat ig
nis. i. extrinsecus positum accipiet necesse est ei quod contrarium ipse uni
permanens ac singularis. Idem quoque de aqua dicendum est. Illa enim
sicut ignis calorem sic non suscipit humiditatem. sed est quidam ipsa
humiditas. Atque idcirco calor ignis et humiditas aquae non solum qua
litates dicuntur sed substantiales ignis et aquae qualitates. Iamque
aqua quoniam in se neque frigus neque calorem substantialiter habet sus